



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

36. An fossores, ferrarii, & similes, qui excusantur à ieiunio, teneantur  
ieiunare uno, vel altero die, quo non laborant? E p. 1. t. 9. r. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Et quid de piscatoribus, & venatoribus? Ex p. 8. tr. 7. & M. C. R. 1. 5.

Negatiue respondit communiter Doctores: sed ego in part. 1. tract. 9. resol. 8. adduxi pauca ex Bulla Eugenij IV. affirmatiua sententia: adhererant, quam nouissime, me citato absolute inuenio docere Ioannem Machadam de perfecto Confess. tom. 2. lib. 6. part. 8. tr. 7. docum. 5. n. 2. & seq. ubi sic aliter. [Aunque se halla tanta variedad de opiniones en esta materia, acerca de aueriguar, que genero de Oficiales estan escusados del ayuno, y quales no: con todo esto puede seruir de regla general vna doctrina de Doctores muy graues, & canonizada per Eugenio Pontifice Quarto, que absolutamente senña que todos los Oficiales que en la Republica trabaxan corporalmente estan escusados de la obligacion del ayuno, sin aueriguar si el trabaxo es incompatible, o no con el, lo qual como digo, afirman los Autores citados, que dechó Eugenio Quarto, concediendolo por priuilegio, o declarando que semejantes personas no se comprehenden en el precepto del ayuno.

De todas las demas que en la Republica se ocupan trabaxando corporalmente, como lo moços de los Mercaderes, y Elspecieros que dan recaudo, los Taberneros que venden el vino las mugeres que estan en esta plaza vendiendo, y pesando todo el dia, y los que andan por estas calles vendiendo; y finalmente de todos aquellos que se sustentan con trabaxo corporal, no tratan generalmente los Doctores, fuera de los que tengo citados, porque sobre cada persona de estas hazen pleyto, y question particular de si el trabaxo es incompatible, o no con que siempre queda la puerta abierta a dudar lo: Y assi digo tambien, que por lo que yo he podido deduzir, en esta materia de las doctrinas singulares de los Doctores; y per muy probables, y dignas de estimacion profus du enños, y per esta fundadas en la declaracion del Pontifice Eugenio Quarto se puede seguramente seguir, que no sola mente los Oficiales que en la Republica tienen oficios, y abaxan de manos, tambien todas aquellas personas que se sustentan, y viuen trabaxando de ordinario corporalmente, estan escusados del ayuno por el priuilegio, o declaracion de Eugenio Quarto todos los demas oficiales: porque é vnos y otras militia vna razón, y a vezes militan en algunos de estos que aquellos. Ita Machadus. Sed ego licet teneam, artifices, quorum labor non est grauis, nec incompatibilis cum ieiunio non excludi casum tamen puto cum Trullench in Decalog. to. 1. lib. 3. cap. 1. doct. 7. num. 9. contrariam sententiam Machadi & aliorum, non esse improbabilem, & sic secundum hanc sententiam pictoris futores; barbitonifores, &c. excusantur à ieiunio. Idem docet Machadus ubi supra, tr. 9. docum. 11. de piscatoribus, & venatoribus. His tamen non obstantibus noster P. Pasqualigus asserit approbata Bullam Eugenij IV. loqui tantum de exercantibus artes laboriosas.

RESOL. XXXVI.

An fiores, ferrarij, & similes qui excusantur à ieiunio, teneantur ieiunare vno, vel altero die, quo non laborant? Ex p. 1. tr. 9. Ref. 9.

Arbitrio prudentis viri definiendum esse putat Medina in sum. lib. 1. c. 14. §. 70. & Syluius in 2. 2. D. Thom. q. 187. a. 4. & Villalob. in sum. 10. 1. tr. 23. diff. 4. n. 9. Sed ego absolute cenfeo dictos artifices non tenentur illis diebus ieiunare quia huiusmodi viri non sunt à ieiunio assuefacti; & ideo maxime affligerentur, si Tom. IV.

ieiunare tén r. n. Deinde indigent viribus ad laborem sequentium dietum, & laboribus præteritis admodum fessi, & debilitati remanent. Et ita nobiscum sentit Ioan. de la Cruz in director. conscient. part. 1. præcept. 3. art. 4. dub. 9. conclus. 2. Azorius tom. 1. lib. 7. c. 27. questio. 8. Fajundez Præcept. 4. lib. 1. cap. 8. num. 16. & alij.

RESOL. XXXVII.

An in anno sequenti 1632. cum vigilia S. Matthei veniat in ultimo die Bacchanalium, possit Episcopus transferre tale ieiunium in Sabbatum præcedens? Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. Ref. 66.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 8. cap. 3. n. 9. si ieiunium ab Ecclesia præceptum incidat in festum solemne, peculiariter in aliqua diocesi vel ciuitate celebrari solitum, potest auctoritate Episcopi ieiunium in alium, v. g. præcedentem diem transferri. Quia etiam ratione fortasse aliquis respondere poterit, si vigilia sancti Matthei incidat in feriam secundam, vel tertiam Quinquagesimæ, & istam fore causam vt Episcopus tale ieiunium in præcedens Sabbatum transferat, si animaduertat, homines huius loci ita comparatos, & ad intemperantiam iis diebus procliuus esse, vt plurimi (nisi dicta commutatio fiat) ieiunium violaturi sint, etiam cum carniū esu non sine scandalo; si quidem ob speciale causam pro vna vice in lege vniuersalis ieiunij dispensare, aut commutare, ad Episcopum pertinere debet, cum eius officium sit spirituali subditorum saluti inuigilare, scandala infirmorum tollere, &c. Sic Layman, & alij viri docti; quorum sententia fortan alicui probabilis videbitur, non obstante quòd sine esu carniū, esset violandum dictum ieiunium. Nam militat etiam ratio communionis supradictæ; ad vitandum scilicet peccatum licet fractio ieiunij cum esu carniū sit grauius peccatum.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. Ref. 88 §. v. ieiun paulo pot in ieiunium à veteri ad d. vero, & leg. doct. alter us Ref. eius primæ no. & si vacas ocio, etiam altitum eius annotationum.

RESOL. XXXVIII.

An in Vigilia Pentecostes sit saltem ex consuetudine sub precepto ieiunandum? Et alij casus circa ieiunium resolluntur de vigilia S. Ioannis Baptista, S. Laurentij, & omnium Sanctorum, Quatuor temporum. Et quæritur an quando in Sabbato incidit aliquod Festum ex solemnioribus licitum sit vesci carniibus? Et an in diebus, in quibus prohibentur oua, licitum sit comedere panem biscollum, in quacumque magna quantitate seclusa etiam consuetudine? Et an in comedendo post mediam noctem quando subsequeretur ieiunium aut ante mediam noctem in die ieiunij detur paruitas materie excusans à fractione ieiunij videlicet infra statim vnius horæ? Et an si quis, dum cenat audiret pulsus designantes mediam noctem, non teneatur cessare a Cena, si die sequenti ieiunare teneatur, sed possit complere cenam iam captam? Et an in vltima nocte Bacchanaliū licitum sit differre cenam vsque ad tertiam horam post mediam noctem? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Ref. 18. aliàs 17.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Grana in 2. lib. decret. de feriis, tit. 9. num. 1. Per hæc verba; sic similiter ieiunium non est de necessitate post Pascha Resurrectionis vsque ad Pentecostem, sed si de facto deuotione, & voluntate penitentiæ causa in Vigilia Pentecostis

N A  
N I A  
L. IV V  
III